

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Wersja sandomierska

Rękopis Biblioteki Narodowej w Warszawie, sygn. BN 12600 III, k. 70rb–70vb

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 25

[25] De dono, quod viro vel femine in iudicio bannito datur.

Donum viro, quod vel mulieri datum fuerit in iudicio bannito, in eo [*k. 70va*] mulier cum sua parte sive dono pro suo arbitr[i]o facere potest absque omni contradicione quidquid placet. Idem potest vir cum parte sui doni, quidquid deliberaverit modo simili, quam ipse suscepit. Si moritur femina absque herede, ita quod nullum a suo marito peperit, et ipse heredi data [*s*] sua successoria, seu sua prospera fortuna acquisita super suum proximum naturalem successor[em], sive sit masculus sive femina, quod sibi sit paris condicionis. Idem facit vir illi, qui sibi paris fuerint condicionis. Insuper omne aurum et argentum informatum [*s*], et omnis siligo et carnes cum cervisia et vino, et panis, que vel quod aut quantum post XXX permansit, vel permanserunt, totum cecidit heredibus viri et non mulieris, exceptis pulmentariis, de quibus mulier recipit [*k. 70vb*] medium partem et heredes viri reliquam medium tenebunt partem.

[hasła: darowizna, wiano, uposażenie, żona, sąd wyłożony, sprzeciw, dziedzic, mąż, dobra nabyte, spadkobierca, równy stanem, srebro, złoto, gerada]